



E4
Testu latiwetan

~~testu~~
~~latiwetan~~

LA REURE
REVERSIBLE
déposé
Réf. 72291^{MA}



LA REINE
REVERSIBLE
dépôt
Rég. 72281



2
De situ veteris Vasconiae seu de po-
pulis a Strabone Lacetanis dictis, an
idem sint cum Lacetanis.

- Capitulo VII.

Vasconia olim sita erat ubi nunc
Navarra, tateus tamen patebant ejus fines
quam hodiernae Navarrae: si quidem
trans Iberum continebat Calagurrim et
Graecurion (quae urbs non multum dis-
tabat a territorio oppidi quod nunc Al-
faro dicitur) a meridie vero veterem
Comitatum Aragoniae; at a Septentrione
attingebat Oceanum Cantabricum in ea
parte Ipuscus ubi nunc Fontarabia est.
Et de Calagurri quidem eam in regione
Vasconum fuisse testantur Strabo et Po-
lemus qui eam Calaguriam vocat, quibus
Suffraganeus juvenalis sat 15. De Grae-
curo vero auctor nobis est idem Ptole-
meus qui eam inter Vasconum urbes
usque processisse commemorat; a Sep-
tentrione autem ad Oceanum usque
processisse, hinc colligitur quod Maritima

3
fluvii ostia in Vasconum regione ponit idem
Ptolemaeus, licet in hoc non consentiat cum
vulgatis editionibus, manuscriptum exemplar
Ptolemei, quod in Bibliotheca Regia as-
servatur, ibi enim hic fluvius Varduliz
non autem Vasconibus tribuitur. Strabo
quoque Idassunam urbem Vasconum, vel
potius Vidassunam, ut habent quidam
scripti libri, teste crudelitissimo Casau-
bono, ad ipsum Oceanum sitam esse
affirmat, qui situs hodie Fontarrabia
oppido non male convenit; conditam e-
nim est in litore fore Oceani, alluitur-
que fluvio qui etiamnum Vidassonis
nomen servat, idemque videtur esse
cum Gabonde Melae, jam quod spec-
tat ad Comitatum Aragonensem, hanc
in Vasconibus fuisse clarum est ex Pto-
lemaeo, qui Jaccam, caput quoque regionis,
inter Vasconum urbes enumerat. Tota
qui Jaccetanos Strabonis ab hac urbe
deducunt, longe errant; hinc enim
procul aberant versus meridiem et ad
eam partem Aragoniae, ubi Nerda urbs

4
(nunc Lerida) sita erat, vergebant, ut tam
ex Strabone quam ex Ptolemaeo cognos-
cimus. Haec Jacetani spectabant ad
eam Hispaniae Tarraconensis partem,
ubi hoc tempore desinit Aragonia,
et incipit Catalonia; erantque interfecti
Vascones inter et Jacetanos, Strabo
ut ex descriptione Ptolemei clare li-
quet, quos autem Strabo Jacetanos vo-
cat, eosdem esse cum Lacetanis, quo-
rum frequens apud Caesarem, Livium
et Plinium mentio, sensit Interpretes
Ptolemei, itidemque Fulvius Placcus
notis ad librum 1. Caesaris de Bello
civilis, quibus ego libenter subscribo;
in eo tamen quod Vasconum nomen
subesse putat in vulgatis Caesaris,
Livi atque Plinii codicibus, legendamque
existimat Jacetanis pro Lacetanis,
factus auctoritate Strabonis et Ptolemei
qui hanc vocem a littera J incipiunt.
Ego contra censeo, emendandum scilicet
Strabonis locum legendamque

apud cum Lacetani pro Jacetani, et similiter
apud Ptolemeum: nam cum semel tantum
aut bis apud Strabonem haec vox Jacce-
tani reperiatur, Ptolemei vero exemplaria
variant (nam pleraeque editiones Accetani
habent non Jacetani) vocabulum autem
Lacetani saepius apud veteres auctores
occurrat (siquidem illud omnia fere Caesari
Livii et Plinii exemplaria retinent) pro-
pius vero est unius literae mendam in
unicum Strabonis locum irrepsisse, quam
in tot aliorum auctorum libris. Lacetanos
autem proximos fuisse Hergetibus, adeo
ut etiam saepe pro una eademque gente
usurpentur, dicimus ex Livio decadis
3 lib. 8. Idem auctor Lacetanos finitimos
facit Ausethis, qui Heri ripas accolebant.
Urbes Vasconum enumerat Ptolemeus,
praeter jam dictas Hurissam, Pompelam,
Biturion, Andelasiam, Nemeturissam,
Cunonium, Bascontem, Begariam, ^{Barra}
Muscariam, Liriam, et Flavonam. Hurissae
situs in pago Vastinensi quaerendus est,
circa vicum qui Sancti Stephani ^{Levinensis}

6
nomen obtinet, non autem in adversa plaga
ad meridiem, ut voluere interpretes Ptolemaei
et Andraeas Scotus in Melam, neque circa
Colobetam in Ipuscua, ut sensit Gastaldus,
cumque secutus Morletius, Plinius lib. 3
cap. 3 in recensendis his populis, qui
Caesaraugustani conventus erant, meminit
Cascantentium, Graaccuritanorum, Aroceli-
tanorum, Calaguritanorum, qui Tibularenses
cognominantur, Caxensium, Gegavicensium,
Hurissensium et Ilumberitanorum, quos omnes
hactenus Navarra complectitur, servatis
veteribus appellationibus, si Graaccuritanos
accipias, Gegavicenses et Hurissenses, quorum
primos circa Alfarum oppidum collocavimus
(falluntur enim qui ad Agredam tribus
proximi forte ab Arga fluvio nomen de-
ceperunt, ad postremi dici nunc posse
videntur Vostanenses: Hurissae enim
situm in his partibus fuisse discimus
e Mela, Ptolemaeo et auctore Itinerarii;
Ceterum posterioribus saeculis secuta,
mutata est aliquantulum Vasconiae facies

7
nam Gothi in Hispania eorum potentibus,
cum Vascones neque eorum Imperium ferre
possent, neque satis eis virium ad resist-
endum, neque locis, ipsorum potentiae
suppeteret, dimissa plana regione in suos
se montes receperunt, indeque ad proximam
Vardulorum, Autrigonum et Aquitanorum
montanas regiones se effuderunt.

- De statu Vasconum, tempore Paenorum et
Romanorum in Hispania. -

Capit VIII

Quis status esset Vasconum, ante
adventum Paenorum in Hispaniam, incom-
pertum est: at ab eo tempore et post
captam Saguntum, cum Annibale Ita-
liam petente, contra Romanos arma con-
fuisse, ea sequentibus Siliii Italici locis
colligitur: et primo quidem Silius Hebrae
populos illos, qui Annibalem in Italiam
sequebantur, enumerans, Vasconum his

versibus meminit:

Nec Caraceni, quondam Gindbia castra.
Aut Vasco inbuctus galeae, fere anno 10.
Lib. 5 in narratione procli contra Flaminium
Consulem gestis.

Exumpunt multusque Maces Gaxamasque Nomasque
Euan quo non alius, venalem in proelia dentem
Deque attulerit, condiditque bella probaret
Cantaber seu galeae contempto termino Vasco.
Lib. 9 de pugna Cannensi agens

— Subire levis, quos horrida misit
Pyrene, populi, variisque avare fessumque
Flaminicum latus, effulget cecata inventus
Cantaber, ante alios, nec tetus tempora Vaso,
Ne toto miscens Balearis proelia fundo.

Lib. 10. de eadem pugna et Paulo Consule
Romano verba faciens

Ne juvenem quem Vaso luis, quem spicula dantes
Cantaber urget, lethalibus crepit armis.
Non tamen diuturna fuit haec societas, imo
brevis Vascones, perinde atque alios Hispani-
nae citerioris populos, in partes Romano-
rum concessisse, ut credam facit hic Livius

9
Locus lib. 1 deca. 3: "Gnaeus Scipio in Hispa-
niam cum classe et exercitu missus, cum
ab ostia Rhodani profectus Pyreneasque
montes circumvectus, Emporis appulset
classem, exposito ⁱⁿ exercitu, orbis a Lac-
tanis usque ad Iberum flumen, partim
renovandis societatibus, partim novis
institiendis Romanae ditionis fecit, in-
de conciliata clementiae fama, non ad
maritimos modo populos, sed in medi-
terraneis quoque ac montanis ad fero-
ciores jam gentes valuit, nec pace modo
apud eos, sed societas etiam parata
est, validaeque aliquot auxiliorum cohor-
tes ex iis conscriptae sunt". Solos hic
nominat Livius Lacetanos; sed, cum a-
lios deinde populos etiam mediterraneos
et montanos adiungat, vix est ut Ves-
cones praeteritis voluerit, qui omnium
maxime Lacetanis proximi erant pari-
terque Helvetibus, quos etiam, licet hic
non expresserit, fuisse tamen inter eos
quibus cum societatem contraxerat

19
Scipio, indicat eodem libro, his verbis:
"Viciduum digresso eo (loquitur de Scipione, qui Carracone Empurias recesserat)" "Abdubal aderat et Hergetum populo, qui obsides Scipioni dederat, ad defectionem impulsus, cum eorum ipsorum juventute, agros fidelium Romanis sociorum vastat." At subinde Vascones illos, qui sub signis Annibalæ in Italia militabant, domum revocatos fuisse, conjicio ex hoc loco, ejusdem authoris decad. 3. lib. 5 ubi postquam de recepta a Romanis Sagunto, disseruit, hæc subjicit: "Celtiberum juventutem, eadem mercede, quæ pacta cum Carthaginensibus erat, Imperatores Romani ad se perduxerunt et nobilissimos Hispanos supra 300, inde in Italiam ad sollicitandos populares, qui inter auxilia Annibalæ erant, miserunt." Quia autem Romanorum amicitiam sancte exinde semper coluerint Vascones, nullus dubitandi locus relinquitur, veterum, qui res Romanas

scripsere, libros legentibus: siquidem caeteris
fere omnibus populis Hispaniae a Romanis
deficientibus, nihil unquam ab hac gente
sublatum, nulla etiam contra illam bella
a Romanis suscepta reperire est, nisi
quod bello civili, quod inter Syllam et
Marium exarsit, soli inter tot Vasconum
populos, Calaguritani Sertorio Marianorum
partium Duci adhaeserunt, pro
quo ultima quaeque perpressi, singu-
lare inviolatae in Ducem suum fidei
et invicti animi Vasconum, documen-
tum fuerunt; ipsos quoque vicissim
a Romanis, semper amice et gratiose
habitos, credere aequum est, ut veros
et fidos socios decebat ab illo populo,
qui "beneficio, quam metu obligare homines
mallet, caeterasque gentes fide ac so-
cietate penetas habere, quam tristi sub-
"iectas servitio" (verba sunt Scipionis
Romani Ducis Hispaniae apud Livium
deca 3. lib. 3. proloquens) ita ut nulla
in re, Vasconum libertatem laesam,

nullas in illorum regionem colonias
 missas, nullas eorum civitates stipendia-
 rias factas (quod in plerisque aliis His-
 paniae populis usu venit) usquam lega-
 mus; sed eos integris viribus, florente
 republica, moribus, lingua et patriae fin-
 bus immutatis usque ad Gothorum in-
 Hispaniam adventum perdurasse, plu-
 rimum veterum auctorum testimoniis ad-
 moneamur. Quanti autem apud Romanos
 fuerit hujus gentis virtus et fortitudo,
 hinc aestimare licet, quod in longinquis
 et gravibus expeditionibus, Vasconum
 militem adhibebant; Testis enim est Tac-
 tus lib. 4. hist. cap. 7. in eo bello, quod Vesp-
 siani contra Britannos et Germanos
 eorumque Ducem Civilem sustinuerunt, in-
 clinantem jam in hostes victoriam, Vas-
 conum cohortes fervente praeco accitas,
 Romanis asservisse.



Euo statu vicerunt Vascones Gothos
in Hispania dominantibus. Item de clade
ab exercitu Caroli Magni, ad Roncesvalles,
accepta.

Caput IX

Labascente Romanorum in His-
pania Imperio et Suevo ac Gotho pro-
vinciam ingressis, non eodem forte cum
eis vicerit Vascones, sed perpetuis fore
conflere bellis, dum aut suas fines
tentent, aut alienos invadunt. Primum
illos certamen, cum Pechivario Rege
Suevorum, fuit, quem ducta in uxorem
Theodoricus Regis Gothi filia, Vascones
deprestatum fuisse narrat Idacius.
Rursum Lewigildo regnante, partem Vas-
coniae ab eo occupatam fuisse, affir-
mat Biclariensis, quod de Alava regione
non ita pridem a Vasconibus armis
occupata intelligendum esse, supra
monuimus. At tempore Lupus filii,

14
Reccardi regis, crebras in regnum Gothicum
irruptiones, a Vasconibus factas fuisse,
testatur Isidorus in Chronico; Meminit
quoque idem author expeditionis a Gu-
demaro Rege contra Vascones susceptae,
quae non alium habuit eventum, praeter
vastationem agrorum: Postea autem
regnante, novos motus in montibus
a Vasconibus factos fuisse, eosdemque
a Rege compressos, discimus ex Chronico
veteri Moissiacensi, nuper ab Andraea
Duchessio viro eruditissimo edito.
Eodem, tempore Svinthilae Regis, crebras
excursionibus Terraconensem provin-
ciam infestasse et Hogitem civitatem,
quae hoc auro contrade, Dite, dicitur
Vasconice vero Eniberri (id est verba
nova) ad Gothos pertinentem, et a
se, ut videtur, eversam propriis im-
pensis instaurare coactos, refert Lucas
Eudensis ex Isidoro. Sub Reccardino
cursus Regis, novas irruptiones in re-
gnum Gothorum fecere, copiis Regis

quae prohibere conabantur, ex his, teste
 Isidoro Paccensi cuius verba, quia apud
 Rodericum Boletanum corrupte leguntur,
 sicuti a Frad. Sandovallio ex *SPXSTO*
 edita sunt, hic inserenda indicavimus:
 "Iovius, inquit, temporibus (id est regis
 Recensuendi) eclipsim Solis, stellis in oc-
 cidium visentibus omnibus, Hispaniam tor-
 tat, atque incursionem Vasconum, non cum
 modico exercitus damno prospectat."
 Demum regnante Vuamba, quum Vascones
 quietis ignavi, ut ait Rodericus Boletanus
 lib. 3 cap. 3, loca Pyrenaei et Cantabriam
 invasissent, indigorum Gothorum dignitate
 ratus Rex, diutius offensiones huius gen-
 tis perferre, cum Imperio suo sustinere
 statuit. Conflato itaque ingenti exercitu,
 Vasconum fines infesto legmine ingredi-
 tur, eosque post vastatas agros et incen-
 sa aedificia, pacem petere coegit. Non
 sum nescius hanc cladem a Vuamba il-
 latam, Vasconibus Aquitanis tribui a Ro-
 derico, sed majorem fidem meretur

16
Julianus Archiepiscopus Tolitanus, aequalis
illorum temporum scriptor, qui cum Vasco-
nibus Iberis imputat. Euae exinde ab hac
gente, extincto Gothorum in Hispania
Imperio, contra Sarracenos gesta sunt, hic
ideo praetermittimus, quia deinceps de
iis, in historia Navarraca, opportunior
sese offeret dicendi locus. Ea vero
quae trans Pyrenaeum in Aquitania
contra Francos fortiter praestiterunt, pos-
trema parte huius operis referentur. Hic
interim notum omniti, ea quae inter ipsos
et Caroli magni exercitum, citra Pyre-
naeum contigere; insignem scilicet illam
et toto orbe decantatam stragem, quam
is exercitus, ad Roncavellum, anno Chris-
ti 778 passus est. Vascones libertatem
quam illibatam sub Romanis conservaverant,
contra Sarcos, Gothos et Sarracenos in-
trepide defenderant, magna ea parte
sub Carolo amisere. Hic enim dum His-
paniam ab Arabibus Regibus Sarraceno
sollitatus, cum valido exercitu, contendit,

12
per Vasconum et Navarorum iter faciens,
utrumque populum suo subesse Imperio
et ditioni coegit et tributo imposito
vestigalem fecit. Pompelonem etiam oppi-
dum, caput gentis, divitiis manibus, per
speciem defectionis praecavendae, in
vici formam redegit, testibus Eginhardo
et aliis illius saeculi historicis, qui res
a Carolo gestas litteris mandarunt.
Pericula itaque hac injuria et conta-
melia bellicosa gens, dum vindictae
occasionem quaerit, regredientis exer-
citus Francici extremum agmen in
Pyrenaei faucibus aniose admittit
et licet militum numero impar, gens
etiam armorum inferiore, totum colan-
tosa clade praesternit: sed praestat
audire Eginhardum loquentem cui, ut
regiae aulae notario, Caroli res ma-
litione notae fuerunt. Hic itaque in
eo commentario, quem de illius Prin-
cipis vita composuit, quid in hac
expeditione Hispanica gestum sit,

his verbis declarat: "Ipse per bella memorata,
 "primo Aquitaniam et Vasconiam, totumque
 "Pyrenaei montes jugum, et usque ad Iberi-
 "amorem qui apud Navarros ortus et fertis-
 "simos Hispaniae agros secans, sub Ier-
 "usae civitates maenia, Balearico mari
 "miscetur; deinde Italiam et c. ita perdo-
 "mavit, ut eas tributarias efficeret." De
 "clade autem ad Roncavallem acceptam,
 sic: "Cum agmine longo, et loci et
 "angustiarum situs permittit, praecedens
 "tunc exercitus, Vascones in summi montis
 "vertice positus insidiis f. est enim locus
 "ex opacitate sylvarum, quarum maxima
 "est ibi copia, insidiis ponendis opportunus,
 "extremamque impedimentorum partem et
 "eos qui novissimo agmine incedentes
 "subsidio praecedentes turbantur, desuper
 "incurstantes in subjectam vallem deprecantur
 "confertoque cum eis praelio; usque ad
 "unum omnes interficiunt ac diraptis
 "impedimentis, noctis beneficio, quae jam
 "instabat, protecti, summa cum celeritate

"in diversa disperguntur. Adjuvabat in hoc
 "facto Vascones et levitas armorum et loci
 "in quo res gerebatur situs: e contra Francos
 "et armorum gravitas et loci iniquitas per
 "omnia Vasconibus reddidit impares. In
 "quo praefectus Eghartus regiae mensae Prae-
 "positus, Amstelmus, Comes Palatii et Pot-
 "landus Britannici limitis Praefectus, cum
 "aliis compluribus, interficiuntur, neque hoc
 "factum ad praesens vindicare poterat quia
 "hostis, et perpetrata, ita disperens est,
 "ut ne fama quidem remaneret, ubinam
 "gentium quaeri potuisset. Idem Eginhar-
 "dus, seu Ademarus, vel quisquis est auctor
 "Annalium Caroli Magni et Ludovici Pii
 "quos primus Coloniae Germanus Muenarius
 "Comes edidit, hanc cladem sic paucis pres-
 "tingit: "Fompeionem revertitur (loquitur
 "de Carolo Rege, cujus muros, ne rebellare
 "posset, ad solum usque destruxit, ac re-
 "gredi statuens, Pyrenaei saltum ingressus
 "est, in cuius summitate Vascones, insidias
 "collocatis, extremum agmen adorte, totum

"exercitum magno tumultu perturbant, et licet
 "francitum animis, quam aranis praestare
 "viderentur, tamen et iniquitate locorum
 "et genere imparis pugnae inferiores effec-
 "ti sunt. In hoc certamine plerique antea-
 "rum, quos Rex copis praefecerat, interfa-
 "ti sunt: dirupta impedimenta, et hostis,
 "propter notitiam locorum, statim in divag-
 "delapsus est, cujus vulneris accepti reex-
 "ditio, magnam partem rerum feliciter
 "in Hispania gestarum, in corde Regis ob-
 "nubelavit"

De moribus veterum Vasconum

Caput 8

Vasconum mores eosdem olim
 fuisse, qui Lusitanorum, affirmat
 Strabo lib. 3 Geogr, illos autem non ap-
 plicare penicillo depingere possim, quam
 ipsius Strabonis verbis, quae in Graeco
 in Latinum versa sic habent: "Forent
 Lusitanos esse invidiandi, indagandi"

peritas, celeres, leves, versatiles, aspide utuntur
 parva, cujus diameter duorum pedum, cava
 foras, toris suspensa: non enim febulas
 aut ambas habent: ad haec sicca aut
 ensis, plerique lincis, rarioruncatis utuntur
 thoracibus, aut tres crustas habentibus ge-
 leis, caeteri nervis contra ictus formati,
 aspidibus utuntur: pedites ocreas quoque
 usurpant, spicula singulis plura nonnulli
 etiam hasta utuntur aerea cuspidem: quosdam
 eorum, qui ad Iuriam amarem accolunt,
 Laconica ferunt uti vitae ratione, bis usque
 to dentes et candentibus lapidibus calefaci-
 entes et frigida lavantes, unoque cibi genere
 pure frugaliterque viventes: immolando
 studens Lusitani, et cetera intuentur non
 caecata, praeterea et laterum venas ins-
 picunt, ac tangendo etiam divinant, quin
 et ex captorum oculis conficiunt sagas
 ea occultantes: deinde, cum ea puberum
 edunt, infra primum ex cadavere
 aruspex futura praedicit: captivorum
 manus dexteris amplexant; dii quoque con-

siccant, omnes qui in montibus degunt victu
 utuntur tenui, aquam bibunt, humi cubant,
 crines mulierum in modum demittunt,
 mitris faciem velati pugnant, maxime ca-
 pros edunt et Marti caprum immolant,
 praetereaque captivos et equos; quin
 et rite Graeco centurias victimarum,
 id est hecatombas, quotannis instituant,
 ut et Pindarus ait, immolare centena
 omnia, certamina etiam gymnica arata
 et equestria edunt pugna, cursu, ve-
 litatione et instructo cohortatione practio,
 montani duobus anni temporibus glande
 vescuntur quernâ, siccata indeque
 contusam molentes, atque e farina pa-
 nem conficientes, itaque eas ad suum
 tempus reponunt: Lytho etiam utuntur,
 vini parum habent et quod provenit
 statione convivium cum cognatis insu-
 munt: butyrum eis olei usum implet,
 caenant sedentes, habentque ad parietes
 constructa in hunc usum sedilia: praeter
 insedendo loca aetati, dignitatique re-

ferentur, caena circumgestatur, inter potandum ad tibiam salbant, et ad tubam choricas ducunt, interim coxillentes et poplitebus flexis rectum corpus demittentes. In Bastetania id etiam mulieres faciunt una alteram manu tenentes, nigro omnino utuntur vestite, plerumque in sagis degunt, in quibus etiam supra thoros herbaceos dormiunt, vasis utuntur cereis, ut et Celtae: mulieres vestibus utuntur floridis, loco pecuniae permutacione utuntur, aut de lamina argentea aliquid abscissum dant: morti addictos coniectos de saxis precipites agunt, parricidas eductos extra fines aut flumina lapidibus obruunt, matrimonia more Graeco contrahunt: aegrotos veteres, Aegyptiorum consuetudine in vis deponunt, ut qui eum morbum experti sunt vis consulant, coriaceis usi sunt navigiis usque ad Brutum, ob arundinosa et paludes, rarior utuntur lentibus, sal illis pue-

"pureus, sed alius fit terendo. Talis ergo
 "vita est montanorum, eorum qui Septentri-
 "onale Hispaniae latus terminant Callai-
 "corum, Asturum, Cantabrorum usque
 "ad Vascones et Pirenem, omnes enim
 "eodem vivunt modo". Haec ungerse Ana-
 bo de omnibus populis qui Septentrionale
 Hispaniae latus incolunt: at speciatim
 Vascones aruspicinae admodum peri-
 tos fuisse, innuit Lampriidius in vita
 Alexandri Severi: Tibiarum quoque
 usum vis proprium fuisse significare
 videtur vox Vascae tibiae (ab eo
 enim quod indigenae in recto Vas-
 co dicunt rite formatur Latinum
 Vascus, ut alia dicemus) Occurrit
 autem haec vox apud Jul. Solinum
 cap 5, Servium in lib. XI. Spondeus et
 Auctorem veteris glossarii Latin-grae-
 ci, qui eam Graece μελετητικον
 αυλον vertit, ideo forte, quod non tam
 ante quam assidua exercitatione ejus
 typocinium constet: (etsi non desunt

qui ibi $\mu\epsilon\lambda\epsilon\alpha\sigma$ scribendum censeant, tria
 enim tantummodo habet foramina, quibus
 quodlibet sonitus aut moduli genus, dis-
 tincte et concinne reddunt qui ejus
 artem callent. Cui autem Servius eandem
 $\pi\lambda\alpha\ \chi\alpha\upsilon\lambda\omicron\nu$ vocet, non aliam possum
 reddere rationem, quam quod non recto
 nec transverso posita, ut ceterae tibiae,
 sed obliquo staret in manu fibiciana
 ea personantis, idque etiamnum com-
 probat hodiernus usus tibiae, qui apud
 Vascones maxime viget, nec enim
 alio fore organo utentur in suis
 choreis et saltationibus: Alia tamen
 mens est doctissimi Salmasii quod
 attinet ad explanationem Vascae ti-
 biae, suis in Flav. Copiscum notis
 et in Pliniam exercit. ad cap. 5 de
 lino, neque ego auctoritati tanti viri
 repugnare ausim. In bello autem
 Ieri armatura usos fuisse Vascones,
 conspicimus ex Epinardo et aliis, qui
 de rebus Caroli Magni scripserunt: galea

etiam usum contempserit monet Silius Ita-
 licus pluribus locis. At citra Bellum qua-
 lis esset eorum habitus notat hic locus
 e lib. 5, cap. 2 Apollonii desumptus: "Cui
 filius Ludovicus (loquitur de Ludovico
 Pio) pro sapere et posse obedire
 parens, occurrit ad patris praesentiam
 habitu Vasconum, cum coavis sibi pueris
 indutus, amiculo scilicet rotundo,
 manicis camisiae diffusis, curalibus
 distentis, calcaribus caligis insertis
 missile manu ferens: Haec enim de-
 lectatio voluptasque ordinaverat pater-
 na."

De lingua Vasconum et an verum
 sit illius nomina in a singulari
 numero, plurali vero in ac
 definire.

Caput XI

Erat solenne Romanis, po.

27
pulos, quos armis subegerant, Latinae linguae
assuefacere, docent id haec I. Augustini
verba lib. 19 de Civ. Dei cap. 19: "Data est
opera, ut civitas Imperiosa, non solum
jugum, verum etiam linguam suam, do-
matis gentibus, per speciem societatis
imponeret". Inde est quod vernaculae
linguae Gallorum iuxta, ac Hispanorum,
protus interciderint, Romanensi in
earum locum substituta, si Britannos
Armoricos et Vascones excipias, qui
suas constanter ad haec usque tempora
retinuerunt, Vasconicam Moqunus Scar-
liger Cantabrisium vocat in tractatu
de Europaeorum linguis et diatriba
de hodiernis Francorum linguis, nume-
ratque inter matrices linguas Europae-
orum, addito etiam elogio, in hac ver-
ba: "Cantabrisium incipit a suburbis
"cariis Baionae Lapurdensium et itine
"sece aut septem dierum in iutima
"montanae Hispaniae catenditur, Galli
eos qui ea lingua utuntur vocant

28

Bascos vel Basculos: Hispani regionem, in qua illa dialectus locum habet, generali nomine, Bascuena vocant, nihil barbari aut stridoris aut anhelitus habet, tenuissima est et suavissima, cotque sine dubio vetustissima et ante tempora Romanorum illis finibus in usu erat. Ea nunc cis Pyrenaeum utuntur maionna pars Navarrae, universa Lusitania, Alava atque Biscaya: trans Pyrenaeum vero tres illae ditones quae Vasconiae seu Vasconum regionis nomine designantur, scilicet Lapurdica, inferior Navarra et Sobla. Huius linguae proprium esse pleraque vocabula singulari numero per a, plurali vero per ac finire asseruit Maxim. Scul. lib. 4. cap. ult. rex. Hisp. In quo cum fertur ratio: littera enim a in singulari numero et syllaba ac in plurali, nominibus Vasconicis addita in fine, articuli vicem fungitur, ita ut Vasconica vocabula hac ratione per

a aut ac finire, perinde sit ac si
 quis dictiones Graecas ab α , η , $\tau\omicron$
 auspicari vellet: sit in exemplum vocem
 Guicon, haec suapte hominem significat
 at si cum articulo efferre velis, ut fa-
 ciant Graeci, qui $\tau\omicron\upsilon\alpha\rho\delta\epsilon\alpha$, Galli qui
 l'homme, et Hispani qui el hombre di-
 cunt, dicendum erit Guicona et in plu-
 rali Guiconal, id est $\alpha\iota\alpha\rho\delta\epsilon\alpha$ Graeco
 los Hommes Gallice, et los hombres Hispanice.
 In hoc errore sectatores habuit Mari-
 nus Garibaius lib. 4. cap. 4., sui compendii
 historici et Paul. Merul. lib. 2. parte 2. cap.
 8. Cosmograph. Venia danda est Marino
 et Merulae, quibus ut ~~linguae~~ Vasconicae
 ignavis et procul ab ea regione ubi ipsa
 in usu est, positio, non difficile fuit
 imponere: sed Garibaius non levis osci-
 tantiae reus est quod cum haec lingua
 ipsi vernacula esset, gravius tamen quam
 alii in eundem errorem impedit, dum
 quae in speculatione de quibusdam voca-
 bulis Vasconicis dictum voluere, his in
 universum de omnibus pronunciarum non
 debet fieri.

De veteri lingua Hispanorum. An eadem esset cum hodierna Vasconica seu Vasca. Ambrosii Moralis id adnuentis rationes expenduntur.

Caput XII

Eidem Marinicus et Garibanius, universam olim Hispaniam non alia quam Vasconum seu Cantabrorum, ut ipsi vocant, lingua locutam fuisse existimant. quorum auctoritati magnum pondus accedit iudicium summi viri Josephi Scaligeri idem sentientis diatriba de hodiernis Francorum linguis. In eadem fuisse opinionem Faul. Merul. lib. 2. Cofm. parte 2. cap. 8. et Mariana lib. 1. cap. 5. historiae Hispanicae cupis verba quia elegantia et tanto auctore digna sunt (si illud crepiss quod eam linguam barbaram cultumque abhorrentem esse pronuntiat et quod Cantabros vocat quos Vascones dicere debebat) non puto taedio fore lectori, si

hic referantur. "Soli, inquit, Cantabri lin-
 "quam hactenus retinuerunt eadem et Sar-
 "baram, cultum abhorrentem multumque
 "a reliquis omnibus discrepantem et totius
 "idem Hispaniae communem (sic fertur) et
 "antiquissimam priusquam eam provinciam
 "Romanorum arma sermoque penetrassent.
 "Gens enim agresti rudique ingenio, quae
 "plantarum instar translata, tamen terrae
 "bonitate mitigatur et montibus inaccessa
 "locis, externi imperii jugum vel admi-
 "sit penitus nunquam vel excussit
 "quamprimum atque cum antiqua liber-
 "tate veterem gentis atque communem
 "Provinciae sermonem conservatam fuisse
 "fide non caret."

Hanc tamen sententiam evertere con-
 tus est Morales lib. 9 cap 3 collectis ex
 Plinio et aliis, quibusdam vocabulis
 Hispanicis, ut putat, quae in hordera
 Vasconum lingua, desiderari ait. Sed
 etsi concederemus Morali omnia illa
 vocabula pura pura Hispanica
 existere, an hoc tanti esset, ut ideo

plures in ea provincia linguas toto
 genere discrepantes admittere nos cogent.
 An non etiam in aliis linguis hoc
 usu venit, ut longa temporis interca-
 de mutentur voces aliquae atque
 loquendi modi? De latina equidem
 testantur Polybii, Varronis, Quintilianus et
 A. Gellii verba quae sequuntur. Polybius
 lib. 4 Histor.: "Primum igitur foedus in-
 ter utrumque populum initum est, sta-
 tim post ejectionem Urbe regium nonant
 "L. Junius Bruto et M. Valerio Consu-
 libus, sub quibus etiam facti Capi-
 "tolino templum dicatum duodeviginti
 "annis ante primam Punicam in Graeciam
 "transfretationem quod quanto diligen-
 "tius fieri potuit interpretati sumus,
 "tanta enim facta est mutatio Romanae
 "linguae ab ea tempestate in hodiernam
 "Sic, ut etiam qui antiquitatis peri-
 "tissimi sunt, plerumque nonnisi diffi-
 "culter intelligant" Varro lib. 4 de Lin-
 "gua Lat.: "Hae ideo sunt obscurae,

quod neque omnis impositio verborum
 extat, quod vetustas quaedam delerit
 nec quae extat sine mendo omnis im-
 posita nec quae recte imposita cuncta
 manet, multa enim verba literis com-
 mutatis sunt interpolata neque omnis
 origo est nostrae linguae e vernacu-
 lis verbeis multa verba aliud nunc
 ostendunt, aliud ante significabant,
 ut ~~hostes~~ hostes, nam tunc ea verba
 dicebant periduellem etc., deinde sic
 vetustas non pauca depravat, multa
 tollit, et paulo post, quoniam verborum
 novorum et veterum discordia omnis
 in consuetudine communi, etc. Eiusdem
 lib. 9 cap 3 Oration. Institut. Haec si
 antiquum sermone nostro compare-
 mus pene jam quicquid loquimur
 figura est. Phavorinus philosophus
 apud St. Gellium lib 1. cap. 10, a-
 dolescentem quemdam coepit quod pe-
 rasque voces rursus praeceps et igno-
 tissimas in quotidianis communibusque

34
sermonibus exprimeret. Scetus Coecilius
Juriscons. apud eundem lib. 20, cap. 10
"longa aetas, inquit, verba atque mores
veteres obliteravit". Haec nisi fallor
satis demonstrant quibus olim mutato-
nibus lingua Latina obnoxia fuerit.
De Gallica quoque atque Teutonica
idem judicabit quisquis formulam
foederis, inter Ludovicum et Carolum
Reges Ludovici Pi Imperatoris filios,
anno 842 percussam, quae apud Niton
dum utraque lingua ceterat, ~~ca.~~ hodie
Gallicis atque Teutonicis contulerit.
Contra vero, quod argumentum habet
Morales quamobrem voces illas a se
congestas a vetere et germana His-
panorum lingua crudas pronuntiet
potius quam ex nova hac et adscen-
ta quae, quia a Romana manavit,
Romanensis dicitur, cum illam qui-
dem Plinii aetate obsolevisse, hanc
autem in universa Hispania, quae
Romanis parebat, invaluisse certum

35
sit et indubitatum? Hoc sane constat,
Plinium in locis a Morales laudatis ple-
rasque voces pro Hispanicis agnosceret,
quas Latinae esse originis ne ipse qui-
dem Morales negaverit, huiusmodi sunt,
quae sequuntur cuniculus pro genere
leporis, cupes nominis ratio inde pe-
titur a Varro de re rustica cap. 12
quod sub terra cuniculos ipse facere
soleat ubi lateat in agris, salpuga
pro genere formicae venenatae in Bae-
tica quae voce a Latina sol puga
vel solifuga, utroque enim modo
eam effert Plinius lib. 22 cap. 20, lib.
29 cap. 4 et alibi) leviter immutata est,
dicta est autem solipuga vel solipunga,
teste Testo, quod acrior concitatiorque
fit fervore solis, cavatica cochleae
quaedam in Insulis Balearibus, ideo
sic dictae, quod non procreant e ca-
vis terrae vel quod in speluncis nas-
cuntur, ut innuit idem Plinius lib. 8
cap. 39 et lib. 3 cap. 26 avotardae,
genus anserum, quos Graeci otidas ap-

pellant, viriles genus torquis quibus
viri utebantur, strigiles pro parvulis
massis auri quae in superficie massae
aut camenti eminebant, formacei parietis
genus ex terra quoniam in forma cir-
cumdati utrinque duabus tabulis in-
ferciuntur verius, quam imbricantur
ut loquitur idem Plinius lib. 35, cap. 14
Fax ratio est vocis aspalathus, cuius
usum etiam in Oriente viguisse author
est ipsemet Plinius lib. 15 cap. 13, sem-
ad voces Buteo, vipiones, granum, cui-
cutium, quod attinet, nequaquam verum
est eas inter Hispanias a Plinio an-
numerari. Eius verba cap. 19 lib. 10
sic habent: "Iteneri in Italiam Beti-
"acensibus bellis civilibus trans Tadm-
"et novae aevi (ita enim adhuc vocan-
"tur) Tardaron specie paulum infra
"columbas magnitudine sapore gratior,
"Balearis insulae nobilitatem etiam
"supradicta Porphyriorem mittunt. Ibi
"et Buteo accipitrum generis in hono-
"re mensarum est: item vipiones, sic

37
"sic enim vocant minorem quæm, quo loco
vocabulum ibi non ad Baleares insulas,
sed ad Italiam referendum videtur,
at verbum "vocant" pro nominatio habet
subintellatum vocem homines, ut docent
grammatici, non autem Baleares, ut
voluit Morales. Idem de "grano" et
"cusculis" dicendum est in hoc loco
Plinii lib. 16. cap. 8. ubi de robore loquitur.
Hæc adjungit: "omnis tamen has ejus dotes
"Herz solo provocat cocco, granum hoc
"pimique ceu scapus fruticis parvæ
"aquifoliae Sicis, cusculum vocant de.
Accedit eo, quod, ut monet Fabius lib.
8 cap. 2, fallunt sæpe verba vel regi-
onibus quibusdam familiaria vel artium
propria", hujus generis sunt inter ea
quæ Morales firmandæ suæ senti-
tiæ adduxit Celta genus potione
ca frumento apud Numantinos, teste
Plinio lib. 2 cap. 18 "palæra" seu pa-
lacrana et boluces, quibus metalliæ
Hispani designabant massas quædam

38

auri parvulis, quae in puteis reperie-
bantur denas excedentes libras, ut
testatur Plinius lib. 33, cap. 14, Scri-
giles pro massis auri parvulis, quae
in aurifodinis occurrerant et Colo-
labis pro genere vitis, apud eundem
authorem lib. 33, cap. 3 et lib. 14, cap.
2. Cum enim jam pridem aurifodinae
in universa Hispania evanuerint,
vites autem atque vineae aut nullae
prope aut admodum rarae olim
in Vasconia fuerint (ut ex Stra-
bone discimus) ac etiam nunc pau-
cissimae existant in iis partibus, ubi
lingua Vasconica viget, iniquum
videtur, tum avaritarum cum vitium
nomina, hoc seculo, ab ea lingua ori-
gere. Quod autem etiam nomen Betra
Hispanicum facit Morales, nullo certo
authore in hoc illum nisi arbitror,
licet verum sit, Betra maxime in bello
Hispanos veteres usos fuisse, quod
tamen ulterioris Hispaniae populus

39
potius quam citerioris in more fuisse,
videor mihi colligere ex hoc Caesaris
loco lib. 1. de bello civili: "Erant, ut
supra demonstratum est, legiones Hispaniae
III. Petri II. praeterea scutatae citerioris
provinciae et castratae ulterioris His-
paniae circiter V millia cohortes circiter
LXXX equitum utriusque provinciae cir-
citer V millia". Caeterum neque usque-
quaque verum est, omnia vocabula, quae
pro Hispanicis tradunt veteres auctores,
hodiernae Vasconum linguae debere: sup-
petunt enim adhuc nonnulla ea scilicet
quae ex antiquissima et propria huius
gentis lingua procedunt non autem ex
hoc adventitia et nova quam squam-
mam Latini sermonis et rubiginem tri-
vialium barbarismorum vocat Ledonius
Julius vero Scaliger praefatione x. ab-
stem Latinae linguae. Talia sunt loca
pro genere tali, quod nomen Hispanicum
esse, auctor est Varro apud A. Gellium
lib. 15. cap. 30: quidus, quam vocem

42
pro pingui et crasso usurpant hodie
Vascones, ducta apud Sueton. in Augusto
pro ligneo solio quod hodierni Vascones
interjecta vocati a duxeta vel fauxeta
vocant, sunt enim d et t cognatae
literae apud eos; gesum denique (quod
missile jaculi a Vasconibus gesi vel gesi
dicti nomen est) Galles a quibusdam
authoribus antehac tributum, Hispanis
adjudicant Isaacus Casaubon in
3 lib. Arabon et Mart. Jelsius Comment.
in Senecae Hippolitum. Nunc illud,
quod poene praeterieram, minime
relinquendum est, illa quem de Publico
Bexonestino ex Tacito de Corsica et
de Fortio Latrone, ex Seneca aduers.
Moralis, quo sententiam (qua veterum
Hispanorum linguam diversam esse
ab hodierna Vasconica probare ni-
siteret) nullatenus juvare, ut ipsorum
met authorum verba perlectis facit
quisvis judicaverit, quoniam ideo hic
refere operae pretium ducimus

41
et de Bermestino quidem sic Tacitus
lib. 4. Annalium: "Iisdem Consulibus
"facinus atrox, in citeriore Hispania,
"admissum a quodam agreste natione
"Bermestinae. Is Praetorem provinciae
"L. Personem pace incuriosum, ex impro-
"viso in itinere adortus, uno vulnere
"in mortem adfecit". Et paulo post de
eodem Bermestino: "Et repertus, inquit,
cum tormentis edere conscios adigē-
"tis, voce magna, sermone patrio,
frustra se interrogari clamavit, adbis-
"tent socii, adspectarent nullam visum
tantam doloris fore, ut veritatem eli-
"ceret etc.". De Corsica autem haec
profert Seneca consolati, ad Helviam,
"transierunt dein Ligures in cam,
"transierunt et Hispani, quod ex
"similitudine vitis apparet, eadem
"enim tegumenta capitum, idem genus
"calcamenti quod Cantabris est et
"verba quaedam: nam totus sermo
"conversazione Graecorum Ligurumque

a patris descendit"; at de Porcio Latrone,
 sic Seneca lib. 2 controvers. 4 (mendose
 enim in editionibus vulgatis librorum
 Ambrosii Moralis citatur ad hoc contem-
 18. lib. 3) fuit autem Messala eruditissim-
 " mi ingenii in omnis quidem studiorum
 " partibus, Latini utique observator diti-
 " gentissimus. Idem itaque cum audisset
 " Latronem declamantem dixit sua lingua
 " disertus est, ingenium illi concessit,
 " sermonem objecit". Haec Taciti et Senecae
 verba arguunt quidem fuisse propriam
 Hispanis et forte etiam Cantabris seu
 linguam seu dialectum non tamen probant
 eam hodiernae Vasconum linguae dissi-
 milem extitisse: sed de dialecto intel-
 ligendos esse hos auctores potiusquam
 de lingua, hinc elicitur, quod Latro-
 nem non alia quam Latina lingua
 Romae declamasse facile apparet:
 ita ut, quemadmodum olim Fallo
 apud Fabium in Leio Fatavinisatem
 deprehendit, sic Messala in Latrone.

Hispanismum observasse videatur. Melior
denique lib. 3. cap. 1. dum Cantabrorum
populorum atque amurum nomina La-
tino ore concipere naquit (quod ipsum
nihilominus postea, non difficile labore,
praestitum est a Ptolemaeo lib. 2. cap. 6.
Geographiae) asperam et eadem nomi-
num aliquot propriorum materiam no-
tat potius quam peccare loquendi
genus illi genti assignet.

Auctoris sententia de veteri
Hispanorum lingua.

Caput XIII

In hac ergo discrepantium
inter se sententiarum pugna, ego,
ut pertinacius fieri solem, unicum fuisse
antiquis temporibus Hispanorum omnium
linguam, praecipue cum Strabo lib. 3.
diversos fuisse pronunciet, sic neque
Vasconicam iisdem quibus nunc finibus

44
circumscribi probaverim: sunt enim au-
gustissimi neque adeo verisimile est, sa-
gacem naturae dispensatoram, tantulae
genti propriam linguam tribuere voluisse
nulli fere rei opportunam. Ad excedendum
vero commercium et tuendum cum fini-
timis populis consortium, proceris incon-
modam. Haec, ut paucis meam senten-
tiam aperiam, hanc universis illis
montanis populis qui Septentrionale latus
Hispaniae incolebant, communem fuisse
existimo, Vasconibus scilicet, Vardales,
Autrigonibus, Caristis, Asturibus, Ban-
tabus, Gallacis ac Lusitanis cum
enim hos omnes populos iisdem vicibus
moribus eandemque vitae rationem
coluisse constat ex Strabone; lingua
quoque concordans existisse aequum
est credere; sed et aliorum Hispano-
rum sermonem adeo huic absimilem
non fuisse, quin multa inter eos
communia fuerint et dialecto
potius quam genere sermonis dis-

45
crepasse (quemadmodum nunc discrepant
Castellani, Portugalenses et Catalani)
hinc persuasum est mihi, quod in hac
hodiernae Hispanicae linguae compo-
sitione seu rudera quaedam depic-
henduntur, cum caementis Vasconicae
admodum congruentia; quamplurimas
inquam, dictiones aut merae Vasconicae,
aut ex his manifesto deductae, quarum
veluti faciniam quandam et tribus
primis alphabeti litterarum ordinibus
decriptam hic exhibebo, ubi id obser-
vari velim, syllabam ze vel te in fine
verborum Vasconicorum positam, termi-
nationem esse infinitivi praesentis aut
nominis verbalis a grammaticis des-
semivocalem quoque s, minuta figura
expressam, proferendam ut c; duplicem
vero z valere ts vel ds.


- a -

Acuzena: Hispanice telum; Vasconice a-
cuzena, hoc rectam vel res recta, telum
autem omnium maxime scapum rectam


46
et oblongum emittit. — "Alcalde" ꝑ. his.
panice. iudea; Vasconice: Alcate, idem.
— "Ahaçar" ꝑ. hispanice manu contracte
tando aliquid immundum et rugosum
reddere; Vasconice: ahaça, res contractam
de immunda et rugosa reddita —
"Acçax" ꝑ. sedenere, cribrare; V.
açax, idem, item vento exponere —
"Ascua" ꝑ. pruna; V. aubcua, materia cinosa.
— "Achaqui" ꝑ. causa, occasio, praetextus;
V. achiquia, idem — Acçquia ꝑ. incite,
fossa vivi; V. idem — Ahovar ꝑ. parere,
asservare, a nomine Vasconico ahovra
vel ahvra, quod palmam compressam
et semiclausam instar personae com
aliquam servantis et retinentis signi
ficat. — Ahilarse ꝑ. perire, emori;
V. hila, mortuus, solent enim hispani
verbis a nominibus derivat vocalem a
praefigere, ut in his, arrugar, arruyner,
averter quae a ruga, ruina, et vento
deducuntur — "Alricias" ꝑ. munera
quae dantur alicui, ob novae rei factae

47
stem nuntium allatum; V. Allicatae, idem
— Allicatae, H. leno; V. Allicat, idem
et in hac lingua sunt cognatae litterae
— Allicata, H. tumultus — V. idem — Allican-
doea H. inclusium; J. pro inclusio viri, et
multibro cuius aliter vocant — Allicava
H. repositorum pharctaxum; V. pava
vel sacculus, quem rustici in sinu gestant
solent ad recondendas pecunias, a verbo
alicare vel alicare, id est reponere, re-
condere — Andas H. sella, lectica; V.
anda, lectica — Almond H. mensurac
genus; V. Almonia, idem — Alquilar,
H. locare; V. Alquila vel alquilar, locato.
— Ama, H. nutrix; V. ama, mater —
Amagax, H. parare se ad laedendum
aliquem; V. macaxe idem — Amontonax
H. cumulare, accervare; V. montea, cumulus,
accervus — Ancho H. latus, amplius; V.
andicho, magnus — Ancona H. genus
seti; V. idem — Ansea H. angor, solli-
citudo; V. cura, sollicitudo — Aparax,
H. apparare, coaptare; V. aparax, idem.

- *Aquesto*: *fb. sponcio*; - *V. apoblu*, idem -
 - *Argomassa*: *fb. genus parietis lapide et terra*
quadam tenaci confecti - *V. idem ab arxi id*
est lapis et gamassa terrae genere -
 - *Arusco*: *H. rigidus, intractabilis*; - *V. Aruso*
saceus, durus, rigidus, a nomine arxi id
est lapis - *Argana* *H. sportae genus,*
quod iumentis imponitur ad deferenda
onera; - *V. Carcanoa*, idem - *Arriate* *fb.*
via strata lapidibus, ab eodem voce Vas-
conica, arxi, id est lapis et ate id est copia



Possem et alias Alphabeti litteras percurrere
et sub unaquaque earum plurimas pariter
voces Hispano-Vasconicas annotare; quin
etiam iis, quas supra inserui e solo fere
Vasconum Aquitanorum idiomate descriptas,
haud difficile esset plures adicere, ma-
xime ex iis quas Vascones Iberi cum accolis
Hispanis promiscuas habent; sed dum
breuitati in hoc opere studeo, cogor
eas alio investigandas relinquere. Illud
interea animadverti velim, superasse
etiam in iis quae Hispani hodierno, hoc
est, Romanensi sermone expriment, ple-
raque in lingua Vasconica, seu vetere His-
panica expressa, e quorum numero est
vox *hija dalgo* et contracte *hidalgo*, qua
inter Hispanos vir nobilis designatur,
nam quis non videt id nominis, Vascon-
cae vocis auctorem seme, quae patris alioque
filium denotat, quasi diceret *ait' joren*
seme, *uxor patrisque* (et idem apud Vascones
pro viro nobili) imitationem esse? Idem
obseruare est in quibusdam adaequis quae



3
Iasconice quidam poetis numeris cum
singulari quodam lepore et venustate ser-
monis concepta, Hispanice soluta oratione
non multum elegante recitata sunt, e quibus
unum aut alterum tantum hic in exemplum
proponam.

Europa las ceae,

Bequias dedexae.

Hispanice ad verbum:

Gua corvo, sacae te ha el ojo.

Maias curite,

Urite oquite!

Agua de mayo, pan para todo el año

Edate hena

Capella duos

Debaso de mala cepa. ay Buen Bevedon.

Uqui maite

Hiqua elcote.

Cules conocidos a cabo de cien años son amigos
Syllaba quoque *go* quae pronominiibus His-
panicis primae et secundae personae
cum praepositione: *con* iunctis in fine
aliquando adhaeret, ut *comigo*, *contigo*.

id est mecum, tecum, veteris linguae
vestigium est, quae praepositionem lati-
nam cum, per go in fine nominis
adjectum afferebat, non secus ac hodie
Iasconica pro ga vel gas, ut niga,
mecum, higa tecum; quod autem in plura-
li numero non go sed eo adjectum,
diciturque conuisco, conuisco non au-
tem conuisgo, conuisgo hoc ideo fit
quia media g, consonante s, praeposita,
in tenem C transibat in ea lingua,
quod etiam hodie servatur in Iasconica.
Sic enim exemplum, vox gara, quae est
prima persona pluralis verbi substantivae
haec, quando cum particula negativa
es componitur, g in C vel k mutat.
Sicque fit a simplicitate gara id est
sumus compositum escara, id est non
sumus. Itaque pro urbe veterem Hispaniam
eam vocem esse semperdem observavit
fortius antiquitatis Mexicae promus
condes Ambrosius Morales. Hanc
autem vocem eodem sensu adhuc

5
servat lingua Vasconica, liquida tamen
et in e mutata quod ei etiam in pla-
risque aliis vocibus familiare est, ut
in Arava pro Alava, Anquerra pro
angelo, ceru pro celo. Narrat author
Epitomes Livianae lib. 41 Tiberium Sempro-
nium Gracchum Praesulem post Celti-
beros a se victos monumentum operum
suorum Gachurim oppidum in Hispania
constituisse quae vox Vasconica lingua
Gracchi urbem significat, quod enim
Navarra et Vascones Aquitani etc, id
caeteri Vascones qui Varchetiam incolunt
viri dicunt.

Nomina denique propria, urbium aliquo-
rum populorum, hominum, montium atque
fluviorum Hispaniae, quae apud veteres
autores extant, Vasconicae linguae ves-
tigia retinere, monuere jam editis ha-
jus argumenti libellis, Andreas Poca
et Baltasar Chavesius, in quibus ta-
men non pauca omissa, pleraque
etiam parum caute tradita notant
harum rerum periti.

Hoc insuper linguae Vasconicae cum
hodierna Hispanica convenit, quod am-
bae iidem processus iduntur litteris,
quarum plurae ut nihil a Latinis
differant, sunt tamen harum aliquae,
quas utraque lingua suo alphabeto
expungit, scilicet: k, q, x, y et v, con-
sonans, aliae rursus quas in illud
refert, quae nusquam Latino solo
donatae fuerunt; huiusmodi sunt quin-
que illae consonantes quas Hispani
his figuris: ll, ñ, ç, ch et x delineant,
f quoque litteram neutra lingua pro-
sua videtur agnoscere, si quidem in
paucissimis tantum vocabulis adhibetur,
iisque fere peregrinis et adscitis, in
quibus nihilominus nonnumquam ab-
jiciter spirite aspero aut media,
b in eius locum substituitis. Ipsius
denique b sonus ut a caeterarum
gentium proferendi more paululum
diversus apud Hispanos, sic isdem
cum Vasconibus sionitis omnino ac
compar est.

7
Singularia quaedam Linguae Vasconicae,
etque vocabulorum Vasconicorum
declinandi et conjugandi ratione

Caput XIV

Quandocumque in hunc Vasconicam
linguae campum, data occasione, ingressi
sumus, placet in eo aliquantisper spatium
et in gratiam φιλολογικῶν, specimen
aliquod illius linguae paucis exhibere.
Ostendamus a nominibus. Primum in iis
illud singulare est, quod nullum mas-
culini, feminini aut alterius generis
discrimen agnoscunt. Itaque si nomi-
bus quicon, id est vir, emaste, id est
mulier, abre, id est Crutum seu unicum
anni, id est sacrum, articulum aut affi-
xum jungere volueris, unica vox ni-
hil immutata iis omnibus pariter
imberiet, dices enim quicon on,
hic homo bonus, emastea on, haec mulier
bona, abrea on, hoc Crutum bonum,

8
aria on, hoc saxum bonum. Carent etiam
nomina accusativo et vocativo, corump-
vicem fungitur rectus. Declinandum
nominum ratio duplex est, alia sine
articulo, alia cum articulo, vocem ^{hanc}
articulatam, alteram vero inarticulatam.
Inarticulata unico utitur numero qui
promiscue seu adjectivo seu verbo sin-
gulari ^{si} vel plurali annectitur. Exemp-
quicon hinc etorri da, homo ille venit,
quicon hec etorri dera, homines illi vene-
runt. Articulate vero duplici gaudent
numero, singulari et plurali. Exem-
plum: quiconna etorri da, hic homo
venit, l'homme est venu, Gallice, el homy
a venido Hispanice. In plurali vero
quiconac etorri dera, hi homines vene-
runt, les hommes sont venus, los omes
en venido. Inarticulatae declinationis
forma casualis senaria est consistens
nominativo seu recto, genitivo, dativo,
ablativo et praeterea casu agendi et
casu negandi seu dubitandi. Casus
agendi est qui verbo activo praemittitur.

9
vice nominativi. Exemplum: nominativus.
homo apud Latinos tam verbo activo quam
passivo, substantivo et alio inseruit; di-
cimus enim pariter homo est et homo
fecit: at non sic in Vasconia lingua, nam
cum verbo passivo quidem aut ~~substantivo~~
concurrit rectus quicon, dicimusque
quicon da, homo est; sed ad disponendam
constructionem verbi activi, componendus
est proprius casus, qui vicem ~~verbi ac-~~
~~ti~~ nominativi suppleat: dicendumque
non quicon equiten du sed quiconak
equiten du, id est homo facit. Casus
negandi seu dubitandi est qui cum
verbis et particulis negandi, dubitandi
seu interrogandi concurrit, habetque
semper aut expressam aut subintelligentem
nomen particularem aliquis: hic quamquam
sententia minus ~~per~~ nominativi est
tamen ab eo diversus. Exemplum, ad
exprimenda haec enuntiativa: si est homo
estne homo? non est homo (supple
autem in huiusmodi locis vocem aliquis)

10
non utat nominativo quicon, sed alio
casu proprio ab illo formato addita
in fine syllaba ic, dicam igitur: esta
quiconik, non est homo, bada quiconik,
si est homo, bada quiconik: estne ho-
mo?; subintellecto, ut dixi, in his om-
nibus nomine particulari latere, id est
aliquis. Constructur etiam aliquando
hic casus absque iis particulis et valis-
tine scilicet cum participio praeterito
vel aucto, verbi active Graecorum
respondet, Exemplum: ἄνθρωπος ἔρχεται, je
viens ayant fait cela, Gallice, venço
habiendo hecho aquello, Hispanicè.
Formantur autem hi casus a recto
hoc modo, actives adjecta consonante
c in fine ultra quon, si ceteris
etiam per se in consonantem desine-
bati intervertitur ephoniae causa,
vocalis e, exemplum, a recto creste
id est mulier, sit casus agendi emasic
addito e; a recto quicon, fit quiconic.

addita etiam c, et praeterea interserita
vocali e inter utramque consonantem
femalem. Negativus formatur addita recto
syllaba ic in fine, sic a quicon fit qui-
conic: quod si rectum per vocalem ea
interseritur ad vitandum hiatum liquida
r, hoc modo a recto emaste, id est ma-
ster, fit casus negativus emasterik. Casus
obliqui formantur similiter a recto,
scilicet genitivus addita in fine sylla-
ba en, dativus addita vocali i et
ablativus addita consonante s: quod
si rectus exeat in vocalem, interpo-
nenda erit liquida r inter eam et sylla-
bam en terminativam genitivi et
vocalem i finalem dativi ad vitan-
dum hiatum. Contra vero si rectus
in consonantem desinat, interpo-
nenda erit euphoniae causa vocalis
e inter eam et consonantem s quae
ablativum terminare debet. Exemplum
declinationis inarticulatae patitur, a
voce quicon, id est vir quae sic dicitur.

natur.

Nom. quizon : « VNE seu AVTES etc.

Articulorum nominum forma Casalis
quinaria est constatque: recto, activo,
genitivo, dativo et ablativo, necnon dupli-
numero singulari et plurali. Declina-
ti autem ratio talis est ut nomen quidem
ipsum maneat inmutatum, articulus
vero in fine positus (quem unica lit-
tera *a* in singulari, syllaba vero *ac*
in plurali effici supra dixerimus) de-
clinatur et singulari quidem numero
declinandi lex quosmodi est, qualem
paulo antè inarticulatis praescripimus,
pluralis vero sic a recto singulari
formatur, ut nominativus addeat
in fine litteram *e*, activus syllabam
ec, genitivus syllabam *en*, dativus
ex vel *ei*, ablativus: *es* quod in se-
quenti exemplo clarius fiet: *al cadon*

